Iudex potest ex officio relaxare Iuramentum pacti per metum extorti. p. 813. n. 4.

Iudex si tempus sufficiens non habuit ad cognoscendam acta, quæ sit contra illum præsumptio. p. 830. n. 3.

*Iudex Conservator.*

Iudex Conservator solet in Rescripto dari non tantum ad præsentia, sed etiam futura. p. 82. n. 1.

*Vide Conservator.*

*Iudex Delegatus. Vide Delegatio, Mandatum, Rescriptum.*

Iudex delegatus per Rescriptum non impeditur per aliud posterius ad alios sine mentione prioris. p. 69. n. 1.

p. 651. prin. Potest tamen etiam per posterius Delegatus procedere, nisi exceptione repellatur. n. 2.

Iudex delegatus an causam per posterius Rescriptum advocata adhuc validè procedat? p. 69. n. 5.

Iudicis delegati Iurisdictione potest, si Princeps velit, statim cessare eo tempore, quo datur advocatorum. p. 69. n. 8. Ordinariè Iurisdictione nec aufertur nec constituitur nisi litteris præsentatis. p. 70. n. 7.

Iudex delegatus an sit capax potest etiam colligere tempore *Dati*. p. 78. n. 1. Spectandum Tempus delegationis, non præsentationis. p. 164. n. 7. p. 618. n. 4.

Iudex delegatus ad futura, aut liberè eligendus, si datur, in Rescripto Iustitiæ, est id suspectum. p. 82. n. 1.

Iudex delegatus ad futura dari potest in Rescripto Gratiæ. p. 82. n. 1.

Iudex delegatus debet, si quod habet impedimentum, collegis significare. p. 85. par.

Iudici delegato si postea superveniat impedimentum sive naturale, sive legitimum, non potest in causa procedere. p. 86. n. 3. Sublato impedimento recuperat Iurisdictionem. ibid. p. 617. n. 1.

Iudex delegatus potest in dubio suæ Iurisdictionis de illa cognoscere. p. 87. n. 1. p. 146. n. 3. p. 654. n. 3. p. 655. n. 3. Cum qua limitatione. p. 676. n. 5. *Vide* Iudex. Dubio bona fide pro se resolutum an possit in causa principali validè procedere? *Vide* Iudex.

Iudex delegatus à Laico in causa Ecclesiastica, et si bona fide procedat, acta tamen eius sunt irrita. p. 88. n. 5.

Iudex delegatus acquirit Iurisdictionem per præsentationem Rescripti. p. 94. n. 2. Et tota pendet ex voluntate delegantis. p. 111. n. 6.

Iudex delegatus debet processum suum conformare Voluntati delegantis. p. 104. n. 5.

Iudici delegato si præscribitur forma seu conditio requisita de Iure, ea ordinariè non est substantialis. p. 110. num. 6. Si non requisita de Iure, ea ordinariè est substantialis. ibid. p. 563. n. 2.

Iudex delegatus potest in suo negotio Mandata dare Ordinariis. p. 113. n. 1.

Iudicis delegati est cognoscere, an Appellatio ab interlocutoria sit recipienda. p. 124. n. 4. Eiusdem est, ne Iudex à Quo ulterius procedat, inhibere. ibid. Et quidem quandoque etiam absque cognitione causæ. ibid.

Iudici delegato et si obijciatur defectus totius Iurisdictionis, adhuc tamen potest de illa efficaciter cognoscere. p. 131. n. 3. Non item Ordinarius. ibid.

Iudex delegatus potest ab eo, qui per errorem putabatur subditus illius, exceptione repelli. p. 133. n. 1.

Iudex delegatus per Rescriptum irritum potest fraudulentum Imperatorem condemnare in expensis. p. 144. n. 4.

Iudicis delegati acta possunt valere, si excommunicatio Rescriptum Pontificium impetrantis publicè ignoretur. p. 147. n. 5.

Iudicis delegati processus est ipso Iure irritus, si in personalibus actionibus diversis contra eundem diversa Rescripta ad diversos impetrata sint. p. 147. par. p. 148. prin.

Iudex delegatus à Pontifice eiusve Legato ad causas Ecclesiasticas esse potest ille, qui habet dignitatem, per sonatum, vel Cathedralium Canonicatum. p. 161. n. 1.

Et si dignitas sit amobilis ad nutum. p. 161. n. 2.

Item Prior conventualis, non claustralis. p. 163. n. 4.

Cancellarius Universitatis, n. 5. Canonicus etiam post ingressum in Religionem. p. 164. n. 7.



Professus Ecclesie Cathedralis regularis. n. 2.  
 Canonici prebendi carens. ibid.  
 Iudex delegatus intuitu dignitatis non potest eam  
 missa cognoscere causam. p. 164. n. 6. p. 618. n. 3.  
 Potest autem delegatus intuitu personae. p. 164. n. 6.  
 p. 618. n. 4. Modò non ob crimen amiserit dignitatem.  
 p. 618. n. 4. Nec statutum ecclesiasticis negotiis con-  
 trarium assumpserit. p. 619. n. 5. Qualis status non est  
 status Religiosus. p. 164. n. 7.  
 Iudex delegatus debet causam inter Reum & Acto-  
 rem qui eiusdem sunt civitatis aut diocesis, ibidem co-  
 gnoscere. p. 164. n. 9. Vbi, si Reus & Actor sint diver-  
 sarum civitatum aut diocesium. p. 165. n. 10.  
 Iudex delegatus Papae non potest in alia quam in de-  
 signata civitate aut diocesi, causam cognoscere. p. 169.  
 n. 1. p. 683. prin. Nisi rationabilis causa obstat. p. 683.  
 prin. vel partes consentiant. n. 2. 3.  
 Iudex delegatus nihil muneris præter esculenta &  
 poculenta potest à partibus accipere. p. 165. n. 12.  
 Nisi extra domicilium abire debeat. ibid. Ne quidem  
 pro labore audiendi Testes. n. 13. Quidquid præterea  
 accipit, tenetur restituere. ibid. p. 166. n. 14. 16. Sed  
 delegatus tantum ad lites, non ad alia. p. 166. n. 14.  
 Et à Pontifice tantum vel eius Legato, non ab aliis.  
 p. 167. n. 18. Finita tamen delegatione potest id ei i-  
 tem liberaliter donari. p. 167. n. 17.  
 Iudex delegatus sine necessitate non adhibeat Allecto-  
 rem. p. 166. n. 15. neque testes. p. 167. n. 19. Al-  
 lectorem & Notario Salarium æquo maius non permittat.  
 p. 166. n. 16.  
 Iudex delegatus interpretatur dubium Rescriptum  
 sui Principis. p. 211. n. 3. *Notan.* 4.  
 Iudex delegatus filitantes remittit ad delegantem.  
 præfigit hys terminum sistendi. p. 290. n. 2.  
 Iudex delegatus si semel sententiam tulit siue bene  
 siue male functus est suo officio. p. 314. n. 7. p. 611. n. 2.  
 Nec potest eam revocare aut corrigere. p. 611. n. 2.  
 Nisi tulisset contra formam Mandati. p. 612. n. 2. p. 621.  
 n. 4. Vel esset delegatus ad universitatem causarum.  
 p. 612. n. 2. Discrimen quoad hoc inter ipsum & Or-  
 dinarium. p. 314. n. 7. p. 612. n. 3. *S. Quæret.*  
 Iudex delegatus non creditur, nisi ostendat delega-  
 tionem. p. 471. n. 2.  
 Iudex delegatus invalidè procedit sine consilio eo-  
 rum, quos iustus est adhibere. p. 562. n. 2.  
 Iudex delegatus Pontificis esse potest qui est Vicarius  
 Episcopi in spiritualibus. p. 588. n. 4. Sed Generalis  
 n. 5. Et principalis n. 6.  
 Iudicis delegati à Vicario generalis Insuperdictio ex-  
 communicato Vicario suspenditur in rebus integris.  
 p. 591. n. 14. Non item in captis. ibid. Substituti  
 potestas suspenditur in utrisque. ibid.  
 Iudicis delegati & substituti quale discrimen? p. 591.  
 n. 14. *S. Est autem.*  
 Iudex delegatus à Principe est ordinarij alijs maior  
 & dignior. p. 600.  
 Iudex delegatus est, qui causas non suo sed alieno Iu-  
 re cognoscit. p. 600. *S. Alterum* Ordinarius cog-  
 noscit causas suo Iure. ibid.  
 Iudex delegatus semper etiam, Ceterum tacitè, habet  
 Iurisdictionem in impediens processum. p. 601. n. 2.

Eius potestas est strictè interpretanda. ibid. extendi-  
 tur tamen ad accessoria, etiam non expressa. ibid.  
 p. 632. n. 6. Nisi sint specialia. ibid.  
 Iudex delegatus Principis potest sub delegare. p. 603.  
 n. 1. p. 670. n. 1. Etiam in vitis partibus & absque ne-  
 cessitate; p. 603. n. 1. vni vel pluribus. p. 623. n. 3.  
 Sed personis discretis & idoneis; & quænam ista? p. 604.  
 n. 2. Quamvis causam, etiam criminalem. p. 713.  
 n. 2. Eamque vel totam, vel quoad partem. p. 642.  
 n. 1. 5. p. 648. n. 4. Absolutè, vel limitatè aut con-  
 ditionatè. p. 678. n. 1. Nisi sit valde gravis & ardua.  
 p. 604. n. 3. An si sit delegatus ad nudum ministerium?  
 p. 671. n. 5.  
 Iudex delegatus per diversa Rescripta debet in dubio  
 illorum declarationem petere à delegante. p. 602. n. 1.  
 Vbi & in dubio de revocatione vel mutatione Rescripti.  
 p. 603. n. 2.  
 Iudex delegatus Principis potest ijs tantum subdele-  
 gare, quibus potest delegans causam committere. p. 647.  
 n. 2.  
 Iudicis delegati potestas expirat, si causam intra tem-  
 pus pro expeditione præscriptum non expediat. p. 605.  
 n. 1. Discrimen quoad hoc inter Ordinarium & ipsum.  
 ibid. Tempus illud potest prorogari per consensum  
 partium. n. 2. p. 656. n. 4. Nisi delegans prohibuerit.  
 p. 605. n. 2. Vel ob bonum publicum sit præfixum. ibid.  
 Tempus non pro expeditione, sed pro Iurisdictione in-  
 cludit executionem sententiæ. ibid.  
 Iudex delegatus potest contumaces punire. p. 606.  
 n. 2. & 3.  
 Iudex delegatus potest partibus poenam pro qualita-  
 te causæ imponere. p. 606. par. n. 1. An etiam testi-  
 bus? p. 607. n. 1. An & quomodo etiam Episcopis?  
 p. 613. par. p. 614. n. 2.  
 Iudex ad eandem causam potest esse delegatus & sub-  
 delegatus. p. 608.  
 Iudex delegatus potest executionem sententiæ alteri  
 committere, vel ipse exequi. p. 609. n. 1. Etiam ar-  
 mata manu. ibid. Vnde ea accipienda? n. 2.  
 Iudex delegatus Papæ solet executionem suæ senten-  
 tiæ committere Ordinario. p. 609. n. 1.  
 Iudicis delegati potestas finitur non ferendo senten-  
 tiam, sed eius executione. p. 611. n. 1. Nisi hæc Sub-  
 delegato commissa ab eoque iam capta sit. p. 609. n. 1.  
*S. Quæritur hic.* p. 611. n. 1. Vel condemnatus adhuc  
 intra annum à sententiæ executione recedat. p. 640. n. 3.  
 Iudex delegatus ad Universitatem causarum æquipa-  
 ratur Ordinario. p. 612. n. 2.  
 Iudex delegatus gerit in Iurisdictione vices delegan-  
 tis. p. 613. n. 1. Quo propterea in honore habendus?  
 ibid.  
 Iudex delegatus præscriptam procedendi formam  
 non tenetur servare cum magno partium præiudicio.  
 p. 615. n. 1.  
 Iudex delegatus, etsi præscriptam habeat formam, de-  
 bet tamen procedere secundum æquitatem Iuris. p. 616.  
 num. 2.  
 Iudex delegatus ut Ecclesie provideat, intelligitur  
 salvo Iure Episcopi, Archidiaconi, &c. p. 619. par.  
 Iudex delegatus debet executionem sententiæ suæ  
 propter appellationem differre. p. 620. n. 2.  
 Iudex



Iudex delegatus si contra formam mandati iudicet, sententia est irrita. p. 621. n. 3. Exinde tamen non censetur functus officio. n. 4.

Iudicis delegati Iurisdictionem non suspendit appellatio à Subdelegato. p. 622. par.

Iudicis delegati Iurdictio expirat per mortem delegantis re adhuc integrâ, nō item re iam corruptâ. p. 625. prin. n. 1. p. 652. n. 1. Censetur res corrupta, si facta sit citatio; p. 625. n. 1. Et si ad partes nondum pervenerit: n. 2. p. 696. n. 6. Non item si delegatus tantum subdelegavit. p. 626. n. 3. p. 684. Aut si tantum iussit fieri citationem. p. 626. n. 3.

Iudicis delegati ad universitatem causarum Iurdictio an expiret mortuo delegante? p. 627. n. 8.

Iudicis delegati Iurdictio in rebus nondum coeptis expirat per mortem Delegantis; p. 628. n. 8. Valent tamen eius acta, si mors delegantis sit publicè ignota. num. 9.

Iudicis delegati Iurdictio suspenditur in rebus integris, si delegans ob causam sit non toleratus. p. 628. num. 12.

Iudicis Delegati & Vicarij quoad hoc discrimen. ibid.

Iudice delegato principis mortuo, expirat subdelegati ab eo Iurdictio re integrâ. p. 626. n. 3. Non item mortuo delegato alterius. ibid.

Iudici delegato potestas non adimitur per revocationem, nisi legitimè intimatam. p. 628. n. 11.

Iudex delegatus potest compelli ad acceptandam delegationem. p. 631. n. 4. Et puniri à delegante, vel ab ordinario. p. 632. n. 4.

Iudex delegatus Actorem audire debet, si Reus non probet, saltem intra octiduum excommunicationem obestam. p. 632. n. 5.

Iudex delegatus potest Actorem absolvere ab excommunicatione post Rescriptum incursâ. p. 632. n. 6. Nisi sit reservata Pontifici. ibid. Imo & ab hac ad reincidentiam. ibid. §. Nos. 1. Ab excommunicatione, Episcopali, si Episcopus malitiosè nolit absolvere, ibid. §. Altera. Indignum autem absolvere potest in necessitate ad reincidentiam. p. 633. §. Sed quid?

Iudex delegatus excommunicato, quem absolvit, non dat præcepta, nisi Autor malitiosè velit. p. 633. §. si. Nec etiam aliter compellitur ad satisfaciendum. n. 7.

Iudex delegatus non tantum habet cognitionem sed & Iurisdictionem ab eâ, quæ est delegantis, distinctam. p. 640. n. 1.

Iudex delegatus Papæ habet ad sententiæ suæ executionem, eamque stabilendam animum integrum. p. 640. n. 3. An & delegatus ab inferiore. ibid. An & subdelegatus? ibid.

Iudex delegatus Principis si subdeleget causam potest à subdelegato appellari. p. 642. n. 2. Debet autem appellari ad primum delegantem si tota causa sit subdelegata. n. 3. Ad subdelegantem, si tantum pars causæ. p. 623. n. 1. p. 642. n. 3. 678. Imo & si subdelegans sibi solum executionem sententiæ reservavit. p. 679. n. 3. Nisi id cedat in dispendium partis. p. 681. prin. Vel subdelegans longè absit. n. 1. Vel à sententia subdelegati Iurisdictione in dubio pronuntiantis, sit appellatum. p. 684. Notan. 2.

Iudex delegatus à non Principe non potest subdele-

gare. p. 643. n. 7. Nisi sit delegatus ad universitatem causarum. n. 8. Vel speciatim ei concessum, ut nomine sui delegantis subdeleget. p. 644. n. 10. Vel subdeleget tantum ad articulum causæ non Iurisdictionalem. p. 645. n. 11.

Iudex delegatus à Proconsule, an possit subdelegare? p. 643. n. 7. An delegatus Legati à latere, ibid.

Iudex delegatus ad Universitatem causarum quis sit? p. 643. n. 8. Ut possit subdelegare, quid requiratur? p. 644. n. 9.

Iudex delegatus debet esse certus, quo sensu? p. 644. n. 10.

Iudex delegatus Principis si à socio acceptet subdelegationem non potest alteri subdelegare. p. 646. n. 12. Et licet delegatus sit remota appellatione, potest tamen tum ab eo appellari. n. 13. Non ad condelegatum sed ad primum delegantem. n. 14.

Iudex delegatus Principis potest aliquem ad subdelegationem acceptandam cogere. p. 647. n. 1. Et reluctantem punire. p. 648. n. 3.

Iudicis delegati sententia si sit iniusta, quid agere possit vel debeat ille, cui est mandata executio. p. 649. n. 7.

Iudex delegatus, si erret in iudicando, an & quomodo sit excusatus? p. 650. n. 7.

Iudex delegatus intuitu dignitatis, si deponatur aut renuntiet, expirat Iurdictio subdelegati ab eo, re integra. 652. n. 2. Vti & si sit delegatus intuitu personæ & deponatur. n. 3. Non item si renuntiet. p. 653. n. 3.

Iudice delegato vel delegante mortuo an adhuc procedere possit subdelegatus? p. 653. n. 4.

Iudici delegato potest, sed non debet quis parere, nisi de delegatione fidem fecerit. p. 653. n. 1.

Iudicis delegato non tenemur stante dubio de eius Iurisdictione parere. 654. n. 3. Sed Ordinario. ibid. Iudici delegato defectus Iurisdictionis debet ante litem contestatam opponi. p. 654. n. 1. Alioquin præsumptio est pro ipso. n. 3.

Iudicis delegati Iurdictio potest in dubio prorogari à partibus. p. 655. n. 4. Manifestè prorogari non potest quoad substantialia. p. 656. n. 4. Sed tantum quoad accidentalia Temporis, Locis, &c. ibid.

Iudici delegato illata iniuria redundat in delegantem. p. 657. n. 1.

Iudicem delegatum à Principe potest quis ut suspectum reculare? p. 657. n. 3. An & si ipse eum petierit? ibid.

Iudicem delegatum certum si pars petat, an & quomodo ex stylo curiæ concedatur? p. 659. n. 2. p. 669. n. 1.

Iudicem delegatum eligendi potestas est gratia singularis. p. 660. n. 2.

Iudex delegatus est functus officio, si subdelegatus ad totam causam, eam agere cepit. p. 662. n. 3. p. 678. neque potest eam amplius revocare. p. 675. n. 1. p. 662. n. 3. Re tamen adhuc integra potest revocare. p. 678. n. 3.

Iudex delegatus si pronuntiavit sibi Iurisdictionem non competere, functus est officio; nec potest in causa ex solo partium consensu procedere. p. 664. n. 2.

Iudex delegatus potest esse, qui est minor XXV. annis, p. 668. n. 2. Non item minor viginti annis. ibid.



Nisi à Principe ex certa scientia delegetur. *ibid.* Vel partes consentiant. *ibid.* Impubes tamen non potest admitti à principe; nec minor octodecim annis à partibus. *ibid.*

Iudex delegatus Papæ ad executionem personaliter faciendam potest eam partibus consentientibus adhuc subdelegare. p. 970. n. 2. Nisi industria eius specialiter sit electa. n. 4. Et unde hoc dignoscatur. *ibid.*

Iudex delegatus Papæ etiam non servet gradationem potestatis, valide potest excommunicare Episcopum. p. 674. n. 2.

Iudex delegatus ab Episcopo si recusetur ut suspectus, cognoscit Episcopus. p. 676. n. 3. Si Episcopus quoque sit suspectus, eligendi sunt Arbitri. n. 4.

Iudex delegatus, si sit suspectus an & quomodo possit ante sententiam reculationis subdelegare? p. 677. prin. n. 1. Eius potestas extinguitur, cum damnatus ut suspectus. p. 677. n. 3. Neque possunt partes in eum consentire. *ibid.* Discrimen quoad hoc inter ipsum & Ordinarium. *ibid.*

Iudex delegatus Episcopi potest mutare designatum Iudicij locum, si partes consentiant. p. 683. n. 2. Vel Episcopus. n. 3. Vel necessitas cogat. *ibid.*

Iudici delegato speciali non potest Legatus Apostolicus processum prohibere. p. 688. n. 1. Nisi nova causa superveniat. *ibid.* Unde potest eius contra formam Mandati acta rescindere. p. 689. n. 2. Acta autem iuxta formam confirmare. n. 3.

Iudex delegatus specialis ad suam sententiæ executionem potest compellere Legatum Apostolicum. p. 689. n. 4.

Iudex delegatus si malè cesserit, potest Ordinarius eum cogere ad desistendum à peccato publico & scandaloso. p. 707. n. 1.

Iudex delegatus an & quando fiat illi, cui mandantur spectantia ad Ordinarium eius officium. p. 716. n. 3. p. 723. n. 1. & 2. In dubio non presumitur Delegatus. p. 717. n. 3.

Iudex delegatus quivis potest nudum ministerium alteri committere. p. 725. n. 4.

Iudex delegatus Archiepiscopi potest censuram inferre Coepiscopis. p. 726. n. 2.

Iudex delegatus, ad causam secundum Iura decidendam, potest etiam admittere Transactionem. p. 771. n. 1.

Iudex delegatus ad universitatem causarum & cum administratione potest laesos restituere in integrum. p. 834. n. 3. Alij delegati non possunt nisi ex speciali commissione. p. 835. n. 5. Vel incidenter. n. 6.

Iudicis delegati sententiæ laetum solus Princeps potest restituere in integrum. p. 835. n. 3.

Iudex delegatus si à partibus sit electus, non est coram eo locus reconventionis. p. 851. n. 2.

Iudicem delegatum in favorem partium possunt habere deferere, & in Arbitros compromittere. p. 857. n. 1. Possunt & relictis arbitris ad delegatum redire. n. 2.

#### *Iudices delegati.*

Iudices delegati plures si in dubio de Iurisdictione non possint convenire, debent eligere arbitros. p. 87. n. 1. p. 90. n. 8. Vel ad delegantem recurrere. p. 90. n. 8. p. 602. n. 1. & 3. Ordinarius immiscere se non potest. p. 113. n. 21.

Iudices delegati diversi diversi mandent Ordinario, quid illi faciendum. p. 113. par. & n. 2.

Iudicibus delegatis pluribus ad unam causam absque clausula *si non omnes* unus non potest procedere sine altero. p. 115. n. 3. p. 608. p. 621. n. 2. p. 630. n. 1. Nisi ex duobus unus alterum subdeleget. p. 608. p. 669. n. 1. Vel sint ad universitatem causarum delegati. p. 621. n. 2.

Iudices delegati si sint tres, acta à duobus non potest tertius postea ratificare. p. 631. n. 2.

Iudicum delegatorum unus tantum, aut duo ex tribus si citent partes, non tenentur comparere. p. 634. n. 1.

Iudicibus tribus delegatis duo non possunt citare tertium ad tractandam causam, sed monere. p. 634. n. 2. Sufficit monitio una. n. 3. Nisi expressè requiratur trina. *ibid.*

Iudices delegati si simul sint duo, potest unus alteri suas vices committere. p. 608. p. 652. prin. Mortuo committente non potest alter re adhuc integra procedere. p. 652. n. 1.

Iudicibus delegatis pluribus si unus moriatur, expirat Iurdictio aliorum. p. 668. n. 1. Nisi adiecta sit clausula *si non omnes*. p. 669. n. 1. Vel res iam coepta. *ibid.* Vel ante mortem suas vices alteri subdelegarit. *ibid.* Vel delegatus sit intuitu dignitatis. *ibid.* Idem est si quis ex ijs iudicandi potestate privetur; vel deponatur. *ibid.*

Iudicibus duobus delegatis potest addi tertius à Principe vel partibus. p. 669. n. 1. Tertius iste an possit subdelegare? p. 670. n. 1.

Iudicibus pluribus delegatis si aliqui eorum subdelegant, debet à Subdelegatis appellari non ad condelegatos sed ad primum delegantem. p. 675. n. 1.

Iudicibus delegatis duobus absque clausula, eligendi sunt arbitri ad cognoscendam causam suspicionis unitam. p. 675. n. 1. Quid si alter condelegato suspecto suas vices subdelegasset? p. 676. n. 2.

Iudicibus delegatis pluribus si unus sit privatus, excommunicatus, &c. sententia ab ijs simul lata est irrita. p. 636. n. 4. & seqq. p. 798. n. 3.

#### *Iudices delegati cum clausula.*

Iudex delegatus cum clausula: *Et contra alios*, non potest nisi contra tres vel quatuor procedere. p. 147. par. Nec contra alios quam primo ab impetrante determinatos, etiam consentiant. n. 2.

Iudice delegato cum clausula: *nulla admissa exceptione* intelligitur irrationabilis tantum aut dilatoria. p. 616. n. 3. Si expressè excludatur etiam *rationabilis* tunc standum est mandato. n. 4. Idem est de clausula: *ne recusari possit*. *ibid.*

Iudicibus delegatis pluribus cum clausula: *Si non omnes*, procedere potest unus si alij non possint vel nolint. p. 85. n. 2. p. 631. n. 3. Si *Si in Rescripto*. Impedimento sublato recuperat impeditus vel eius successor Iurisdictionem. p. 617. n. 1.

Iudicibus duobus delegatis cum clausula: *Si non ambo*, Cognoscit alter de suspecto socios. p. 636. n. 3. p. 665. n. 1. recutato vel privato procedit solus. p. 636. n. 3. Sententia ab utroque simul collectivè lata est irrita. n. 5. 6. Debet ergo alter socium privatum repellere, vel contra eum protestari. p. 637. n. 7.



*Iudex delegatus Principis cum clausula: Remota appellacione*; si acceptat à socio subdelegationem tunc adhuc potest ab illo appellari, p. 646. n. 13.

*Iudex delegatus Papæ impeditus dicta die maliciose à partibus potest subdelegare cum clausula: remota appellacione*, p. 650. n. 8. Nisi partes litem prorogare velint, ibid.

*Iudex delegatus sub forma & nomine Sedis Apostolicae non admittit potestatem re etiam integra per mortem Pontificis*, p. 652. n. 2.

*Iudicibus delegatis duobus cum clausula: Si unus non possit*, non potest ille, qui habet impedimentum necessarium, subdelegare, p. 659. n. 3. Nec Collega tenetur eius subdelegatum admittere, ibid.

*Iudex delegatus Papæ cum clausula Prælectionis: Si non omnes, tunc tu*, potest adhuc subdelegare, p. 670. num. 1.

*Iudices delegati sub forma: ut plures vel singuli procedant*; habent singuli Iurisdictionem in solidum, p. 679. par. Datur inter eos locus præventionis, n. 1. Ab uno præventi non possunt se immiscere, ibid. Vno negotium inchoante perpetuatur Iurisdictione aliorum, n. 2. Omnibus simul inchoantibus non potest unus sine aliis expedire causam, n. 3.

#### *Iudex Ecclesiasticus.*

*Iudex Ecclesiasticus intrinsecus se non potest in causas fori secularis*, p. 663. n. 1. Nisi ob negligentiam Iudicis secularis, ibid. Vel in causis miserabilium, ibid.

*Iudex Ecclesiasticus potest brachiumulare invocare*, p. 701. n. 4. Debet vicissim Magistratum secularem adiuvari, n. 5. In quibus casibus debet iste illi, non item ille isti suum processum exhibere, n. 6.

*Iudex Ecclesiasticus potest etiam penam pecuniariam imponere, etiam laicis*, p. 722. n. 1. p. 732. n. 3. Eamque fisco, vel rectius causæ piz applicare, ibid.

*Iudex Ecclesiasticus potest Ecclesiasticos criminosos capere, & incarcerare*, p. 731. n. 3. vti & laicos in crimine hæresis, ibid. An & in alijs criminibus fori Ecclesiastici vel mixti, ibid.

#### *Iudex Ordinarius. Vide Ordinarius.*

*Iudici Ordinarii si se sistat exemptus absque protectione videtur renunciare privilegio*, p. 30. n. 11. *Iudici Ordinarii multum derogari non expedit*, p. 82. n. 2.

*Iudex Ordinarius in dubio de sua Iurisdictione potest cognoscere*, p. 87. n. 1. Dubio pro se bonâ fide resolutio valide procedit in causa principali, p. n. 2. *Vide Iudex.*

*Iudices Ordinarii, si inter se de Iurisdictione contendunt, ad Superiorem referant*, p. 90. n. 8.

*Iudex Ordinarius si ei obijciatur probabiliter defectus omnis Iurisdictionis, non potest is de hoc dubio cognoscere & dirimere*, p. 131. n. 3. Potest tamen delegatus, ibid.

*Iudex Ordinarius potest ipse sententiam suam de Iure irritam corrigere*, p. 314. n. 7. Non item delegatus, ibid.

*Iudicis Ordinarii potestas non expirat, etsi causam tempore pro expeditione præscripto non expediat*, p. 605, n. 1. Aliud est de delegato, ibid.

*Iudex Ordinarius an possit esse Minor XXV. annis?* p. 667. n. 1.

*Iudici Ordinarii parendum est in dubio de eius Iurisdictione*, p. 654. n. 3. Non item delegato, ibid.

#### *Iudicium.*

*Iudicare in materia Ecclesiastica debent etiam Laici secundum Canones*, p. 6. n. 7. Et Ecclesiastici secundum leges civiles in materia politica, de qua nihil Canones, n. 8.

*Iudicium ordinare quisque debet iuxta leges suis fori*, p. 6. n. 12.

*Iudicium idem fieri debet in similibus*, p. 12. n. 3.

*Iudiciorum leges & consuetudines cuiusvis loci observandæ à Clericis*, p. 44. n. 16.

*Iudicium ubi coëptum, ibi finiendum*, p. 94. n. 1. p. 649. n. 6.

*Iudicium ex Rescripto malè intellecto irritandum solum in eo, in quo fuit erratum*, p. 98. n. 4.

*In Iudicio standi personam non habent Regulares, nisi in certis casibus*; p. 108. n. 1. Et in ijs Moniales non nisi per Procuratorem, p. 109. n. 1.

*In Iudicio ad agendum pro alio admittitur sine mandato persona coniuncta*, p. 113. n. 6.

*In Iudicio stare potest excommunicatus ut Reus*, p. 145. n. 2. Imo etiam ut actor, nisi repellatur, p. 149. n. 3.

*Iudicio publico notorie inhabiles debet Iudex officio repellere*, p. 216. n. 2.

*Iudicarij, alijque publici actus non peragendi noctu, sed de die*, p. 313. n. 6. p. 638. n. 4. Valent tamen si noctu fiant, ibid.

*Iudicium possessorium & petitorium cumulari potest in eodem libello*, p. 315. n. 2.

*Iudicij acta à Notario vel alijs scribenda ad fidem faciendam*, p. 471. n. 3.

*Iudicium fori externi & interni quomodo differat?* p. 589. n. 7.

*Iudicij locum eligere non est actus Iudicialis*, p. 616. n. 3.

*Iudicatum esse plus est, quàm probatum esse*, p. 677. n. 2.

*Iudicium solvitur vetante eo, qui iudicare iusserat*, p. 678.

*Iudicij locus non debet esse nimium distans*, p. 683. n. 1. debet esse securus, ibid. Honestus, ibid.

*Iudicij locum designatum an & quomodo possit mutare delegatus Papæ, vel Episcopi?* p. 683. *Vide Iudex delegatus.*

*Iudicio possessorio agenti obstat exceptio de notorio defectu proprietatis*, p. 785. n. 4.

*Iudicij acta cum Procuratore falso sunt nulla*, p. 786. n. 2. Exceptio hæc opponi potest etiam post sententiam, ibid.

*Iudicio publico finito an & quomodo liceat ob idem delictum instituere privatum; & econtra*, p. 787. n. 4. & 5.

*Iudicij mutandi causâ alienatio*, *Vide Alienatio.*

#### *Iuramentum.*

*Iuramentum Satutum potest ab ipsis statuentibus propria Autoritate tolli*, p. 31. n. 14. Præsumuntur tollere, si contra agant, ibid.

*Iuramentum semper interpretandum est cum hac limitatione*, p. 31. n. 14.



mitatione: *Sires eodem statu permanentes.* p. 33. n. 4.  
 p. 330. n. 20.  
 Iuramentum intelligitur secundum naturam actus,  
 cui apponitur. p. 46. n. 9.  
 Iuramentum circa materiam Iuris intelligendum se-  
 cundum terminos Iuris. p. 46. n. 9.  
 Iuramentum semper intelligitur salvo Superioris Au-  
 thoritate. p. 99. n. 2. p. 330. n. 20.  
 Iuramentum statutum aut pactum non tollitur per genera-  
 lem derogationem statuti aut pacti. p. 99. n. 2.  
 Iuramentum non est vinculum iniquitatis p. 199. par.  
 p. 200. n. 2. p. 729. n. 2. Contra bonos mores præsti-  
 tum non est obligatorium. p. 729. n. 2.  
 Iuramentum est ex malo. p. 242. par. Plerumque  
 non ex Voluntate sed ex necessitate procedit. p. 468.  
 par.  
 Iuramentum fidei, unitatis, & obedientiæ præstare  
 debet accipiens pallium Archiepiscopale. p. 242. par.  
 Iuramentum quo modo sit licitum, & actus Virtutis?  
 p. 243. n. 1.  
 Iuramentum de malicia quid? quid de veritate di-  
 cenda. p. 317. par. p. 398. n. 2.  
 Iuramentum fidelitatis præstitum Vicario Imperij  
 debet de novo præstari Electo Regi Rom. p. 328. n. 19.  
 Iuramentum an valeat, decidendum per Prælatos Ec-  
 clesiasticos, maxime Pontificem. p. 329. n. 18.  
 Iuramento promitti potest factum alienum, quo sen-  
 tentia. p. 329. n. 18.  
 Iuramentum est illicitum extortum debet servari, si  
 potest absque peccato. p. 329. n. 18.  
 Iuramentum omne solet in Iudicio esse corporale.  
 p. 398. n. 1. Quid illud? ibid.  
 Iuramentum corporale interdum requiritur ad maio-  
 rem sollemnitatem & firmitatem actus. p. 398. n. 1.  
 Iuramentum calumniæ præstans quid juret. p. 398. n. 2.  
 Iuramento probare debet ignorantiam ille, contra  
 quem fiat præsumptio. p. 398. n. 3.  
 Iuramentum proprium dicitur, sive per se, sive per  
 procuratorem cum speciali mandato fiat. p. 398. n. 4.  
 Vnde etiam præstari potest à Collegio. ibid.  
 Iuramentum est strictæ interpretationis. p. 464. n. 1.  
 Iuramentum interpretandum est secundum causam &  
 naturam rei præsentem, non futuram. p. 464. n. 1. Sal-  
 vo Iure Superioris. n. 2. Et nisi is, in cuius utilitatem  
 & favorem factum, remittat, saltem tacite, ibid.  
 Iurans non tenetur servare pacem cum inimico, si nova  
 causa offensa detur. p. 464. n. 2.  
 Iuramentum per se solum non sufficit ad proban-  
 dum. p. 571. n. 1.  
 Iuramentum parti delatum & præsum habet vim  
 sententiæ. p. 677. n. 2.  
 Iuramentum Superiori suo non tenentur præstare sim-  
 plices Clerici aut beneficiati. p. 737. n. 2. p. 743. n. 2.  
 Nec Regulares, ibid. nisi fuerint contumaces. ibid.  
 Iuramentum ut præstet, an compelli possit per iurur,  
 p. 743. n. 3.  
 Iuramentum non obligat cum præiudicio Ecclesiæ  
 aut tertij. p. 748. n. 4.  
 Iuramentum non reddit pactum instituendi aliquem  
 pro hærede validum. p. 766. n. 2.  
 Iuramentum an confirmet pactum de renuntiatione

hæreditatis. p. 766. n. 2. An si vi aut dolo sit extortum.  
 p. 767. n. 3.  
 Iuramentum et si vi aut dolo sit extortum, tamen ob-  
 ligat. p. 767. n. 3. Relaxari potest ab extorquente i-  
 plo, vel ab eius superiore. ibid.  
 Iuramenti obligatio est personalis. p. 767. n. 3.  
 Iuramentum promissorium servandum, si absque vi  
 & dolo sit editum; p. 767. n. 6. Nec in dispendium  
 propriæ salutis, vel præiudicium alterius cedat. ibid.  
 Iuramento compleri potest probatio semiplena.  
 p. 784. n. 2.  
 Iuramentum ad litem decidendam non potest Pro-  
 curator deferre adversario, nisi habeat speciale manda-  
 tum. p. 802. Vel liberam administrationem. ibid.  
 Iuramentum additum pacto, contractui, &c. ex metu  
 obligat. p. 811. n. 3. p. 813. n. 4. Eius relaxationem  
 potest Iurans petere. ibid. Imo Iudex ex officio fa-  
 cere. ibid. Nisi relaxatio cedat in damnum religio-  
 nis. p. 814. n. 2.  
 Iuramentum promissorium non obligat ad plus, quam  
 verba strictè sumpta indicant. p. 813. n. 1.  
 Iurans se resignaturum beneficium, potest factâ resi-  
 gnatione id denovo repetere. p. 813. par. & n. 1.  
 Iuramentum promissorium homini factum debet o-  
 mnimodè servari, si potest sine dispendio salutis æternæ.  
 p. 816. n. 1. Solus Pontifex potest id ex plenitudine  
 potestatis relaxare. n. 2. Episcopus non nisi sit per me-  
 tum gravem iniuste extortum. n. 3. vel etiam levem.  
 n. 4. Aut per dolum malum. p. 317. n. 5.  
 Iuramento veritatis seu veræ æstimationis sufficien-  
 ter probat læsus per iniustam vim aut furtum damni  
 quantitatem. p. 817. n. 1. Non est facile deferendum,  
 si alia probatio v. g. per testes suppetat. p. 818. n. 2.  
 Quo ordine deferendum. n. 4. Eo præstato non potest  
 Iudex Reum in plus vel minus condemnare. ibid.  
 Iuramentum *afflictionis* quid? p. 818. n. 4. Eo præ-  
 stato potest Iudex reum condemnare in minus. ibid.  
 Iuramentum non obligat alium quam ipsum juran-  
 tem. p. 854. n. 9. Nisi speciale habeat mandatum, ibi.  
 Iuramentum de stando sententia Arbitri, an pariat a-  
 ctionem. p. 584. n. 11. Ad quid Iurans obligetur.  
 n. 12. & seqq.  
 Iureconsultus.  
 Iureconsultorum Veterum responsa non sunt quoad  
 omnia ut indubitata recipienda. p. 823. n. 8.  
 Iurisdiclio Vide Index.  
 Iurisdiclio commissa ad aliquid exerceri potest etiam  
 in accessorijis. p. 11. n. 1.  
 Iurisdictionem de Iure communi non habet Capitu-  
 lum sede non vacante. p. 15. n. 1. Sed usum duotaxat  
 aliquem. p. 16. n. 1. Nisi ex consuetudine vel privi-  
 legio. p. 15. n. 1. p. 130. n. 1.  
 Iurisdictionis est poenam imponere. p. 16. n. 1.  
 Iurisdiclio nulla potest se extendere extra suos limi-  
 tes. p. 19. n. 2. p. 38. n. 1. p. 60. n. 3.  
 Iurisdictionem extendere potest Necessitas, non da-  
 re. ibid.  
 Iurisdictionis est facere statutum. p. 19. n. 3.  
 Iurisdictionis ubi potestas non est, non est plenitudo  
 potestatis. p. 25. n. 13.  
 Iurisd.



Iurisdicção territorialis Laicorum non extendit se ad res & personas Ecclesiasticas. p. 39. n. 6.

Iurisdictionis coactivæ actus qui? p. 44. n. 16. Erga Ecclesias & Clericos spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. p. 40. n. 6. p. 44. n. 16.

Iurisdicção delegati potest, si velit Princeps, statim auferri, quando dantur avocatoriæ. p. 69. n. 6. Ordinariè tamen non auferitur, nec confertur, antequam litteræ præsententur. p. 70. n. 7.

Iurisdictionem in causa delegata recuperat Iudex, si à contracto post delegationem impedimento liberetur. p. 36. n. 3. p. 617. n. 1.

Iurisdicção si sit dubia an & quomodo eam tribuat error probabilis. p. 37. n. 1. p. 38. n. 5.

*Vide Error.*

Iurisdicção non potest fundari in delegato per resolutionem dubij pro se, si Rescriptum sit falsum. p. 88. n. 4.

Aut causa extra potestatem committentis. ibid.

Aut defectus non possit à lege vel committente suppleri. n. 6.

Iurisdictionis suæ de dubio an & quomodo possit cognoscere Iudex. p. 88. n. 6. & seqq. *V. Iudex.*

De obiecto defectu omnis Iurisdictionis cognoscere potest Delegatus, non item Ordinarius. p. 131. n. 3.

Iurisdictionis exercitium est onus potius quam honor. p. 89. n. 7.

Iurisdicção tribuitur tantum quasi in habitu, si causa cum generalitate delegatur. p. 91.

Iurisdictionem concedens Princeps non censetur concedere merum aut mixtum Imperium. p. 92. n. 3.

Nisi concedat omnimodam, largissimam, &c. ibid.

Iurisdicção per præsentationem Rescripti acquiritur. p. 94. n. 2.

Iurisdicção delegatorum si dubia, Ordinarius non potest esse Iudex. p. 113. n. 2.

Iurisdicção consensu privatorum dari non potest. p. 139. n. 4.

Iurisdicção delegata prorogari partium consensu potest de re ad rem; non de persona ad personam. p. 139. n. 5.

Quo modo & sensu? p. 666. n. 3.

Iurisdicção pertinet ad substantiam Iudicii. p. 176. n. 1.

Iurisdictionis actus est ferre sententiam. p. 177. n. 5.

Iurisdicção Ecclesiastica non potest præscriptione acquiri à Laicis; sed per privilegium. p. 178. n. 2.

Iurisdicção Episcopalis quid comprehendat? p. 274. num. 1.

Iurisdictionem Ecclesiasticam accipiunt Episcopi à summo Pontifice. p. 411. Apostoli acceperunt à Christo cum subiectione ad S. Petrum. ibid.

Iurisdictionem exercenti Capitulo sede vacante an debeantur eius fructus? p. 443. n. 2.

*Vide Capitulum, Fructus.*

Iurisdictionem quandam spiritualem habet saltem indirectè Abbatissa, & Priorissa. p. 447. n. 13. p. 746. n. 4.

Iurisdictionem qualem & quantam habeat Vicarius. Papæ & Urbis. p. 585.

Iurisdicção delegata est diversa ab Ordinaria. p. 587. n. 2. p. 613. n. 1.

Iurisdictionem qualem habeant Decani rurales. p. 587. n. 1.

Cooperatores Parochorum, ibid.

Vicarij generales. p. 587. n. 2. p. 591. n. 13.

Vicarij temporales. p. 587. n. 2.

Vicarij perpetui. p. 587. n. 2.

Magistri seu Professores in discipulos. p. 135. num. 4.

Iurisdicção Vicarij ad specialia an sit ordinaria vel delegata. p. 12. n. 2. p. 600. n. 13.

*§. Quarta. Vide Vicarium generalis.*

Iurisdicção delegata etsi sit stricti Iuris, extenditur ad necessario connexa, etiam non expressa. p. 601. n. 4.

Iurisdicção involvit etiam executionem sententiæ. p. 606. n. 2.

Iurisdicção non censetur transisse in subdelegatum, nisi ea cæperit uti. p. 611. n. 1.

Iurisdictionem voluntariam potest quis exercere etiam in familiares, consanguineos, & filios. p. 612. n. 2.

Iurisdicção delegata expirat per mortem naturalem aut civilem Delegantis re adhuc integra, non item re iam cæpta. p. 591. n. 14. p. 625. prin. Res cæpta est, si citatio iam sit facta. p. 625. n. 1. Etsi nondum ad partes pervenerit. n. 2. Non item si delegatus tantum subdelegavit; aut citationem fieri iussit. p. 616. n. 3.

Iurisdicção subdelegati an per mortem delegati expiret. p. 626. n. 3. p. 652. n. 1. An & quomodo per depositionem vel renuntiationem. p. 652. n. 2. 3.

*Vide Iudex delegatus, Subdelegatus.*

Iurisdicção ordinaria per mortem Principis concedentis non expirat, etsi res sit adhuc integra. p. 626. n. 4.

Aut concessa ad beneplacitum Principis. ibid.

Iurisdicção delegata ad Universitatem causarum an expiret per mortem delegantis. p. 627. n. 8.

Iurisdicção concessa an ordinaria sit vel delegata unde cognoscatur. p. 628. n. 12.

Iurisdicção an & quomodo sit indivisibilis? p. 630. num. 1.

Iurisdictionis communio parere solet discordia. p. 630. n. 1.

Iurisdictionalis articulus & non Iurisdictionalis quid? p. 645. n. 11.

Iurisdicção si in unam personam transacta est, manet individua. p. 646. n. 12.

Iurisdicção est potestas dandi Iudicem. p. 647. n. 1.

Iurisdicção quæ suspenditur, quandoque dicitur revocari. p. 648. n. 5.

Iurisdictionis defectus in Iudice an ante vel post sententiam contestatam sit opponendus, & quomodo. p. 654. num. 2.

Iurisdictionem delegatam potest Princeps pro arbitrio revocare. p. 663. n. 5. Quomodo Ordinarius eiusque successor. n. 6.

Iurisdicção delegata est strictæ interpretationis. p. 666. n. 3.

Iurisdictionem alterius ut quis in se proroget, quid requiratur. p. 666. n. 3.

Iurisdictionem Laici in se prorogare non potest Clericus. p. 666. n. 3. Nec Ecclesiastici alieni sine consensu proprii. ibid.

Iurisdictionem non contentiosam sed voluntariam potest in se prorogare exemplis. p. 667. n. 3.

Iurisdicção delegata si cum ordinaria sit in eadem persona an possit prorogari? p. 667. n. 4.

Iurisdicção



Jurisdictionem voluntariam potest quis exercere extra suum territorium. p. 693. n. 2. Imo & contentio-  
sam sed abque processu. ibid.  
Jurisdictio ordinaria tribus modis comparari potest,  
nimirum Lege, consuetudine & privilegio. p. 712.  
Jurisdictio in Dicesanos potest contra Episcopum à  
capitulo v.g. praescribi. p. 717. n. 2. Non tamen ei  
omne jus corrigendi adimi. p. 718. n. 3.  
Jurisdictio spiritualis & potestas gubernativa spiri-  
tualis quomodo differant & separari possunt. p. 746. n. 4.  
Jurisdictionem suam alteri subijcere si velit dominus,  
possunt subditi contradicere. p. 748. n. 2.  
Jurisdictio per metum extorta est ipso Jure irrita.  
p. 811. n. 6.

Jurisdictionem quasi Episcopalem habent Praelati, ra-  
tione suae Ecclesiae plenissimo Jure exempti. p. 826. n. 2.  
Jurisdictio alia est Ordinaria, alia delegata. p. 834.  
n. 1. Alia cum administratione, & continet merum  
vel mixtum Imperium. ibid. Alia sine administratio-  
ne & est Jurisdictio simplex. ibid.  
Jurisdictionem ordinariam sed simplicem tantum ha-  
bens non potest laicum restituere in integrum. p. 835.  
n. 4.

Jurisdictionem simplicem habent Magistri seu Pro-  
fessores in suis discipulos. p. 835. n. 4

#### Ius Vide Eligendi Ius.

Iuris Canonici obiectum est homo non solum in bo-  
num commune, sed etiam in Deum dirigibilis. p. 1. n. 1.  
Ius idem esse debet, ubi est eadem ratio. p. 12. n. 3.  
Iuris quod quisque statuit in alium, eodem & ipse uti  
debet. p. 17. n. 6.

Iura Principis habens potest statuta facere contraria  
legibus Caesaris. p. 20. n. 4. Salvo tamen Jure alio-  
rum & reservatis Caesaris. ibid.

Ius naturale in rebus profanis & certis interpretatur  
Magistratus Laicus. p. 21. n. 5.

Ius naturale in spiritualibus & dubijs profanis inter-  
pretatur Magistratus Ecclesiasticus. ibid.

Ius aliud scriptum, aliud non scriptum. p. 172. prin.

Ius naturale praecipuum Magistratus humanus di-  
recte non potest mutare statuendo, aut dispensando.  
p. 21. n. 6. Permissivum potest mutare, non contra  
sed superaddendo. p. 21. n. 7.

Iuri gentium praecipuum nihil contrarium statuere  
potest Magistratus humanus. p. 22. n. 8. Id tamen est  
potius permissivum quam praecipuum. ibid.

Jure naturali aut gentium acquisita difficilius per ple-  
nitudinem potestatis auferri possunt quam alia. p. 23.  
n. 11.

Ius acquisitum aut in re difficilius per plenitudinem  
potestatis tollitur, quam Ius acquirendum aut in spe.  
p. 24. n. 11.

Ius in spe non censetur in rebus nostris. ibid.

Jure quod non possumus, censetur absolute non pos-  
se. p. 35. n. 13.

Iuri publico non potest per pacta etiam iurata priva-  
torum derogari. p. 47. n. 2. p. 435.

Iuris correctio odiosa, nec asserenda sine necessitate.  
p. 55. n. 1.

Iuriscientiam proficitur Princeps se habere. p. 55.  
n. 3.

Ius dicenti extra Territorium impune non praetur.  
p. 60. n. 3.

Iuris remedia non potest alicui Princeps inferior au-  
ferre. p. 63. n. 1.

Iuris Canonici decisione clara in utroque foro stan-  
dum, doctoribus circa legem civilem dissentientibus.  
p. 104. n. 6.

Ius commune est favorabile, eiusque correctio re-  
stringenda. p. 188. n. 8.

Iuri publico derogare non est cuique permissum.  
p. 193. n. 3.

Iuri naturali nulla potest consuetudine derogari.  
p. 193. n. 1. p. 195. n. 5. Nec Iuri divino, aut Iuri  
gentium praecipuum. p. 195. n. 5.

#### Laici.

Laici per sua statuta non possunt derogare Iuribus  
Ecclesiae. p. 19. n. 1. 2. Statuentes contra illa ipso  
facto excommunicantur. n. 1.

Laici etiam de plenitudine potestatis nihil possunt  
disponere de Ecclesiis & Personis Ecclesiasticis, earumq;  
bonis. p. 24. n. 13. p. 25. n. 14.

Laici Praelatis Ecclesiasticis obsequi debent, non im-  
perare. p. 38. n. 1. p. 37. par.

Laici non possunt facere executionem contra Cleri-  
cos. p. 44. n. 16. §. Atque haec.

Laici non possunt Clericis privilegium, quod conce-  
serunt, iure iam quæsito auferre, etiam per plenitudinem  
potestatis. p. 76. n. 7.

Laicus iudex nec principaliter, nec incidenter potest  
se in res Ecclesiasticas intromittere. p. 89. n. 6.

Laicus non est capax Beneficij. p. 97. n. 2. p. 774.  
n. 3.

Laicis ab Ecclesia conceditur Ius praesentandi, non  
eligendi. p. 228. n. 3. Cur? p. 236. n. 18.

Laicis non competit Ius nominandi ad Praelaturas,  
nisi ex speciali commissione vel privilegio Pontificis.  
p. 229. n. 5. p. 234. n. 14.

Laici olim ad electionem Episcopi admissi, quo mo-  
do? p. 234. n. 13. p. 273. n. 5. p. 370. n. 1. Secun-  
dum hodiernam praxim patroi quidem ad Electionis  
tractatum admittendi. p. 370. n. 2. Explicatur Mol.  
ibid.

Laicis potest competere Ius eligendi Praelatum Eccle-  
siasticum ex solo Pontificis privilegio. p. 234. n. 14.  
p. 307. n. 3. Non ex consuetudine etiam immemoria-  
li. p. 235. n. 15.

Laici Ius conferendi beneficia non possunt praescribere.  
cetera. ibid.

Laici pœnis Canonice subiecti sunt, si electionem, col-  
lationem, institutionem aut destitutionem sibi arrogant  
aliter, quam ex privilegio. p. 236. n. 15.

Laicorum autoritate facta electio, collatio, & institu-  
tio est irrita; & acceptans est excommunicatus, & de-  
ponendus. p. 236. n. 16.

Laicus in Rom. Pontificem valide potest eligi. p. 247.  
n. 4.

Laicis potestas eligendi Praelatum non potest committi  
per compromissum. p. 263. n. 1. Nec per pactum aut  
transactionem. p. 370. n. 1.

Laicali potestate electus non potest electione eius  
cassata iterum eligi. p. 270. n. 2. p. 280. n. 1.